



Casparus in Franconia Orientali natus est ex nobili familia Aufffessorum. Is cum preclaro ingenio insignis esset, à pueris operam literis dedit, atque artium & linguarum rudimenta fœliciter percepit. Postea uero literarum amore in Italiam profectus, Romæ aliquandiu uixit, atque præclaram sibi eruditionem comparuit. Cum autem is bonorum authorum desiderio plurimum teneretur, omnes ferè Italiæ Bibliothecas maxima diligentia perlustrauit, atque optima quæque propria manu descripsit. Tandem is in patriam rediit, atque in Rubei collis arce ad Vuismadum amnem supra Ebermannstadium Episcopi Bambergensis oppidum habitauit, & sua doctrina & pietate illam regionem plurimum exornauit. Habuit is quoque fratrem Fredericum, qui & ipse literarum Mecœnas, Anno post reparatam salutem humanam millesimo quingentesimo quadragesimo quarto Abbas monasterij Michelsfeldensis electus fuit. Cum hoc modo Casparus suis uirtutibus omnibus innotuisset, & cunctis bonis gratus esset, fato fungitur, & tali Epitaphio exornatur.

Casparus in Franconia Orientali natus est ex nobili familia Aufffessorum. Is cum preclaro ingenio insignis esset, à pueris operam literis dedit, atque artium & linguarum rudimenta fœliciter percepit. Postea uero literarum amore in Italiam profectus, Romæ aliquandiu uixit, atque præclaram sibi eruditionem comparuit. Cum autem is bonorum authorum desiderio plurimum teneretur, omnes ferè Italiæ Bibliothecas maxima diligentia perlustrauit, atque optima quæque propria manu descripsit. Tandem is in patriam rediit, atque in Rubei collis arce ad Vuismadum amnem supra Ebermannstadium Episcopi Bambergensis oppidum habitauit, & sua doctrina & pietate illam regionem plurimum exornauit. Habuit is quoque fratrem Fredericum, qui & ipse literarum Mecœnas, Anno post reparatam salutem humanam millesimo quingentesimo quadragesimo quarto Abbas monasterij Michelsfeldensis electus fuit. Cum hoc modo Casparus suis uirtutibus omnibus innotuisset, & cunctis bonis gratus esset, fato fungitur, & tali Epitaphio exornatur.